

## T A B L A.

Quoniam ex cōcessione Gregorij. 9. & Ni-  
col. 4. possunt fratres in partibus infidelium  
omnia illa facere, quæ ad Dei gloriam ani-  
marumq; salutem, videbunt pro loco, & tē-  
pore pertinere.

¶ Idem dicendum de eo, qui vouit nunquā  
contrahere Matrimonium. Hoc nota pro  
his Indis, & pro quibusdam mulierculis si-  
milis facientibus vota, postea incontinen-  
ter viuentibus, vel verisimiliter & proba-  
biliter timetur de eorum incontinentia. ar.  
d. c. Veniens

¶ Adde, q̄ si is qui vouit castitatem, con-  
trahit Matrimonium, & consummat, peccat.  
Sed reddere tenetur postea debitum, pete-  
re autem non potest secundum Richard. &  
Scotum in. 4. d. 18. Fratres vero possunt [vir-  
tute suorum indultorum] cum eo dispēfare,  
vt possit debitum petere. Quoniam secun-  
dum S. Thom. qui in voto ipso castitatis  
potest dispensare, etiam potest dispēfare vt  
debitum petat is, qui ius petendi nō habet,  
vide Sil. vbi supra.

¶ Is autem qui vouit non nubere contra-  
hendo Matrimonium, peccat, tamen postea  
potest sine dispensatione petere, ne dum red-  
dere